


lex inquit haec erat ueritatis in ore eius: & iniquitas non fuit in labiis eius: in pace directus est & ingressus est mecum: & multos abiniquitate conuertit, qm labia sacerdotis seruabunt scientiam & legem requirent ex ore eius: qm angelus dni omnipotentis est, Nolle autem proferre cum his & iam maledictorum sermones: sed timeo subtrahere aliquid uerbi: quantum sufficit tamen & expedit proferam, Non ultra inquid respiciam ad hostias uestras: nec suscipiam eas de manibus uestris: & tantum est quod exacerbat dnm iniuria sacerdotum. ut & iam ipsa sacrificia repellat a conspectu. Zachariae autem si recordatus fuero, per hoc uos coelum deferentes e caelo quia ipse similiter aduersum sacerdotes multa detestatur: sed & ihm ipsum sacerdotem magnum sordidis uestibus introducit, quibus ablatis candidis eum & sacerdotalibus induit, sed & quae cum q angelus ad eum loquitur: quamuis haec maiora quam ad homines pertinere uideantur & humani sacerdotii supergredi statum. atq ideo silentio tegenda sint, tamen quomodo & iam ipsi ihu a dextris stare Zabulus dicitur: & aduersari eique resistere quemlibet fragili homini multo maiorem ineuitat mecum cautellam q denuntiat: quantum uero ceteros pastores incusat & culpat quantum castigat & corripit: qui est tam saxei cordis & adamantinae duritiae: quin non audiens intremescat; Uox inquit lamentationis & plorationis & ululatus quia misera facta est gloria eorum; uox frementium leonum. quia haec & haec passi sunt & tam quam in praesentia haec sub oculis lamentationem ponit: & lugete eos qui hc indigna patiuntur; tum de inde pauloinuidiosius repetit & amarius prosequitur dicens: pascite oues iugulationis: quas qui conparant iugulant. nec poenitentiam agunt & hi quinendunt eas dicunt: benedictus dns quo ditatissimus: & pastores eorum nihil patiebantur nec dolebant prohis; propterea non parcam ultra his quibabitant terram dicit dns; & iterum ait; exsurge framea super pastores & percute pastores & rumpe oues: & superducam manum meam super pastores; & iratus est furor meus super pastores: & supagnos uisitabo; coultaquoque addit. & aduersum populum & aduersum populi ducem cum ingentibus minis; uerumego metuo ne molestior ut dear per ordinem cuncta dinumerans. & ideo omitto plura recensere; praeterea & duos illos qui apud damhelum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0032